

## Aduertencias para

10 ¶ Articulo vero, 9. quest. citate, dicit Fra-  
ter Emanuel, q̄ Gregorius, 13. solum reuoca-  
uit concessa à Pio, 5, in foro exteriori ad eui-  
tandas lites & discordias, que inter Ecclesia-  
sticos, & Regulares ratione illorum priuile-  
giorum fuerunt post Conciliū Tridentinum  
exorta. Et ita non reuocauit Vineę vocis Ora-  
cula, que in foro conscientię tantum erāt con-  
cessa, cum ex eis non oriantur discordię, quæ  
dicte reuocationis Gregorij, 13. causa finalis  
fuerunt. Quod clare colliget qui attente lege-  
rit constitutionem, Gregor, 13. in qua nullam  
Summus Pontifex facit mentionem Vineę vo-  
cis Oraculi alicuius. Sed tantum literarum A-  
postolicarum, & has solum reuocat in quan-  
tum contrariantur decretis Concilij Triden-  
tini. Hoc idem docet in Expositione Crucia-  
te. §. 9, num. 32, fol. 93. Et in Additionibus ad  
Cruciatam, fol. 98, quem sequitur Pater Frater  
Alphonsus de Vega, in sua Summa ca. 62, ca-  
so. 4. fol. 575.

### CONCILIVM PROVINCIALE.

¶ Secundum Concilium Prouinciale fuit  
Mexici celebratum Mēse Ianuario anni Dñi.  
1585. vbi multa ab Illustrissimis Episcopis  
sunt